



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

323 Sine collatione prorsus vlla nouu[m] subinde quæri beneficiu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

respondet Selua. nam si simpliciter dimissa simpliciterque collata iam aliis, ipso iure possint recuperari, nempe citra nouam collationem, longè iustius ita recuperari poterunt beneficia non simpliciter sed ex causa permutationis resignata. Neque magnum pòdus est in eo quod Rebuffus in tractatu suo de pacificis possess. num. 147. & seq. sic scribit, beneficia tantùm dimissa faciliùs recuperari quàm beneficia resignata; quando quidem post quã collatio fuit iam alteri facta, redeùdi facultas tam difficilis immò difficilior meritò debet esse simpliciter dimittētibus quàm resignantibus ex causa permutationis. Quid autem vel mirũ vel nouum si quis ad beneficium suũ sine noua collatione redeat non impleta permutatione, cùm ex consuetudine seniores Canonici beneficia consequantur noua per optionẽ solam sine collatione prorsus vlt. de cõsuet. lib. 6. nihilominùs tamen haud inficior quin tutius omnino sit vel collationẽ nouam accipere, prout Auditores Rotæ in prædicta decisione vlt. volunt, vel saltem cum ordinarij consensu ad beneficium suum redire: qualis consensus loco collationis haberi solet in beneficijs permutatis iuxta Staphileũ in suo tractatu de literis grat. & Iustit. fol. 63. editionis Venetæ; quod & per eandem decisionẽ Rotæ vltimam de rer. permut. in antiq. adnotatum fuit. Faciliùs tamẽ procul dubio rediri poterit ad pristinum beneficium quantũlibet resignatum, si collatio nondũ fuerit alteri cõpermutanti

323

*Sine collatione prorsus nulla nouum subinde queri beneficium.*

324

*Consensus quandoque vim collationis habet.*